



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 58. De Appar. Discipulis præsente Thoma facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

MEDITATIONVM. 359

mus fugere iudicium Dei , non debemus reformidare iudicium illorum , qui sunt æquè infirmi & peccatores, ut nosipſi.

\*\*\*\*\*  
MEDITATIO LVIII.  
APPARET DISCIPVLIS  
PRÆSENTE THOMA.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Thomas cum apparitioni prædictæ nō Ioan. 20. interfuiſſet, protestatus erat: nisi videro &c.
- II. Post dies 8. iterum clausis ianuis obtulit se videndū Christus , & Thomæ dixit: infer digitum tuum huc &c.
- III. Exclamauit Thomas: Dominus meus &c. cui subintulit Christus: Beati qui non viderunt &c.

PROPHETIÆ.

In die tribulationis mee Deum exquisui Psal 76.  
manibus meis, & non sum deceptus.  
Vias eius vidi, & sanavi eū & reduxi, & Psal. 57.  
reddidi consolationes ipſi, & lugentibus eius.  
Cum reciderit, non collidetur: quia Do- Psal. 36.  
minus supponit manum suam.

DOCV-

## D O C V M E N T A.

1. **T**homus quia absfuit ab ea domo, in qua erat Apostoli, non potuit videre Christum rediuium. Deus solet multas consolationes & spiritualia dona impetrari iis, qui vnde vivunt in domo sanctæ religionis, quibus priuantur illi, qui foris sunt.

2. Illi nolunt credere ad exemplum Thomæ, nisi videant & tangent, qui tam diu bene vivunt, & Deo seruiunt, quamdiu illis concedit prosperitatem, & bona huius vitæ. Similiter religiosi, qui in operibus diuini servitii tamdiu se fatigant, & sunt diligentes, dum Dominus illis dat gustum & dulcedinem spiritualem, quæ si deficiat, etiam ipsi fatigantur & tepeſcunt.

3. Christus primò apparuit omnibus discipulis simul, sed quia Thomas non erat cum illis, apparuit denuò propter ipsum solum; Id ipsum pastoribus animarum & prædicatoribus agendum, ne existimat labore in suum esse male possum, etiamsi non adiuuent nisi vnicam animam, cum Dominus ita sit mortuus pro uno, sicut pro omnibus, & cundem laborem suscepere, ut iuuaret unum Apostolum, quam antea pro omnibus subiisset.

4. Thomas interim dum esset foris, separatus ab aliis Apostolis, fuit afflictus temptatione: sed rediens & manens cum illis, in eadem domo clausis ostiis meruit visitari à Christo: Ita quando obruimur aliqua temptatione, interim dum vagamur per occasiones, & non custodimus cor ac sensus nostros, nec ad illos qui nobis possunt dare consilium, fugimus, non cogitemus nos vñquam adiuuandos, aut consolationem percepturos à Domino.


5. Tunc

## MEDITATIONVM: 361

1. Tunc Thomas factus est fidelis, & confessus est Christum, quando misit manum & tetigit latus eius: Ita nunquam fides erit perfecta, si non opere compleamus id quod mente credimus.

6. *Quia me vidisti, dicit Christus Thomæ, credidisti, beati illi qui non viderunt, & crediderunt.* Illi facile seruitur Christo, quibus ipse dat consolationes spirituales; at seruire ei sine consolatione, ut est res maioris difficultatis, ita etiam est maioris meriti, & beatitudinis in cœlo amplioris.

7. In vita exordio, Christus veniens in *Luc. 2.* mundum pacem attulit, sicut dixit Angelus pastoribus; in exitu item, iam, iamq; a nobis abiuturus nobis pacem reliquit, ut intelligeremus totam vitam & perfectionem hominis Christiani, in pace & charitate consilere.



## MEDITATIO LIX.

### APPARET DISCIPVLIS DVM PISCANTVR.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Palam se denuò fecit Christus piscantibus septem discipulis tota nocte frusta.* *Ioan. 21.*

II. *Per miraculum agnoscens eum Ioannes, ait Petro: Dominus est, &c.*

*Q*ui con-

o, in qua  
re Chri-  
t multas  
n pertin-  
igionis,  
  
m Tho-  
diu bene  
llis con-  
itæ. Si-  
uini ser-  
igentes,  
dulcedi-  
n ipsi fa-  
rs disci-  
erat cum  
solum;  
edicato-  
n suum  
ent nisi  
sit mor-  
undem  
Aposto-  
et.  
, separa-  
ratione:  
n eadem  
Christo:  
ie, inten-  
non cu-  
ad illos  
igimus,  
os, aut  
s. TUNC